

1

1448 octubre 13, diumenge. Cementiri de Sant Feliu de Celrà

*En presència de Jaume Coma, notari, i dels testimonis, el venerable Pere David, mercader de Perpinyà, el discret Miquel Ombert, de Girona, i el notari reial Bartomeu Munt, són convocats al cementiri de Celrà, amb repic de campanes, els homes de Sant Feliu de Celrà, diòcesi de Girona, amb llicència de Bartomeu Ribes, porter reial.*

f. 18r-v

// (f. 18r) In nomine illius redemptoris nostri Iesu Christi totius conditoris creature qui, ad hoc propiciatus, humanam voluit carnem assumere ut divinitatis sue gratia dirupto quo tenebamur captivi vinculo servitutis pristine nos restituit libertati. Et huiusmodi gratia hominum quos ab initio natura liberos protulit et ius gentium iugo substituit servitutis sue legis beneficio, libertas reddatur in mundo. Noverint universi quod anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo die vero dominica, intitulata terciadecima mensis octobris, in presentia mei Iacobi Coma, notarii infrascripti, et in presentia etiam venerabilis Petri Devi, mercatoris ville Perpiniani, discretorum Michaelis Ombert, civitatis Gerunde, et Bartholomei Mont, regii notariorum, testium ad hec vocatorum specialiter et assumptorum, convocati et congregati homines infrascripti parrochie Sancti Felicis de Celra, diocesis Gerundensis, in cimiterio ecclesie dicte parrochie per repicamentum simbalorum ipsius ecclesie, de licentia Bartholomei Ribes, portarii regii, ibidem presentis, scilicet.

Celra<sup>1</sup>

Berengarius Guinart, maior dierum, Berengarius Guinart, eius filius, Iohannes Ricart, Narcisus eius filius, etatis decem octo annorum, Petrus Valls del Torrent, Petrus Salvador, // (f. 18v) Guillelmus Bosser, Bartholomeus Pou, Bartholomeus Blanch, Guillelmus Mila, Petrus Vermell, Petrus Palau, Petrus Iulia, Michaelis Lapart, Iohannes Caulera, Iohannes Valls del Torrent, Iohannes Sorts, Iohannes Barrera, Anthonius Bascorts de Palagret, Berengarius Çesperes, Anthonius Quintana, Petrus Ventura, Sebastianus Pages de la Aulina, Petrus Pages de la Aulina, eius filius, Bernardus Valls demont, Iohannes Blanch, Iohannes Andreu, Petrus March, Anthonius Simeon Camps, Anthonius Ballell alias Vidal, Bernardus Cortada, Ffranciscus Cortada, Nicholaus Cortada, XVI annorum, Iohannes Valls demont, Ffranciscus Bou, Petrus Quintana, etatis decem novem annorum, Bernardus Guitard alias Vila, Bernardus Guitart, eius filius, Laurentius Pages alias Aulina, Michael Ventura, etatis viginti unius annorum, Bernardus Mila, Petrus Stephani alias Buffart, [Iohannes Maestre]<sup>2</sup>, Iohannes Maestre, eius filius, etatis viginti annorum, Petrus Farreriu, Iacobus Moler, Iohannes Noguera, Michael Romeu, Iohannes Juliani, Iohannes Corneylla et Iohannes Ribals, parrochie de Ravos, etatis decem octo annorum.

1. Celra escrit al marge esquerre. 2. Iohannes Maestre interlineat.